UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CII. Der Rath zu Königsberg bestätigt den Verkauf der großen Mühle daselbst und bekundet die Bedingunge, unter denen dieselbe erblich besessen wird, am 15. Juni 1358.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

CI. Henning von Beeren, markgräflicher Richter für Ritter und Rittermäßige des Landes Stolp, widerruft eine dem Rath zu Königsberg unbedacht abgegebene Erklärung, aus dem Ende des Mai 1348.

Prudentibus viris et discretis magistris consulum ceterisque consulibus in koninghesberge Henningus, dictus de berne, iudex militum ac militarium terre stolpensis illustris principis domini Ludewici, marchionis Brandenburgensis, honoris obsequii, quantum valet, incrementum. Noueritis, quod in litteram, vobis a me sub sigillo meo transmissam et per fratrem nicolaum de monte et Hinricum de Lutzelow presentatam, indeliberate consensi, vt michi pro tunc videbatur, non tamen in detrimentum iuris seu honoris cuiuscunque. Sed nunc apud me melius perscrutatus et ab aliis informatus, nichil vltimate assero, nisi quod opinor, quod ille sacerdos, dictus schillinc, nullum habuerit fratrem, sed quod, cum sit veritatis absolute, nescio nec volo modo quocunque asserere —. Datum angermundis, anno domini M° CCC° XLVIII°, infra octauam corporis cristi, meo sub sigillo.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives.

CII. Der Rath zu Königsberg bestätigt den Verkauf der großen Mühle daselbst und bekundet die Bedingungen, unter denen dieselbe erblich besessen wird, am 15. Juni 1358.

Nos consules ciuitatis koningesberch, nominatim infrascripti, videlicet Parsenou, Jo. gobbin, gelre, heyne bous, henninc rudinger, Flos, heyne Lubbechou, Andreas blecker, Tytze lunou et tydericus mus, Coram uniuersis presencia cognituris publice recongnoscimus protestantes, Quod honestus vir Jo. heester nostrum magnum molendinum sibi et suis veris heredibus ad veram hereditatem dimissum et assignatum emit rationabili emptione ab honesto viro nycolao molner, suo antecessore in eodem molendino, pro CCC. talentis vinconum nostra cum voluntate. De quo quidem molendino triginta choros siliginis et quatuor choros brasei ordeacei annui pachtus nobis pleniter singulis annis erogabit, sic quod singulis quartalibus anni partem quartam pachtus dabit expedite, Hiis conditionibus nichilominus adiunctis, quod idem Jo. eester suique successores frumenta nostrorum ciuium molere debebunt pro simplici matta, nihil pecunie a nostris ciuibus uel muneris tam diuitibus quam pauperibus super postulando. Eciam quocunque tempore ambas archas molendini et illud, quod layce dicitur scherwerch, ipse edificare proposuerit, Tunc ligna ad hec sibi valencia per ipsummet empta debebimus ducere, tantum pro vna vice, sibi solummodo nullique suo successori, ad locum sibi competentem. Pro omni quoque tempore tenebimur, sibi procurare pluteos ad reparandum pontes, quos suis propriis laboribus reformabit. Cistam eciam agwillarum, si ipse facere uel habere intenderit, jn hoc a nullo penitus debet inpediri. Preterea piscacio, gramina et arundo piscine omnibus nostris ciuibus sibique Johanni et suis heredibus equaliter siue eque communiter debet impertiri et sub tanta libertate fluxus aqua eiusdem molendini deinceps

absque impedimento debebit per omnia conseruari, sub quanta presenter inuenitur. Ceterum si tale molendinum uel per incendium uel per quemcunque infortunatum euentum anichilaretur, quod absit, Tunc pretactus Johannes cum suis heredibus liber et saluus per quinque septimanas sine pachtus donatione remanebit. Sed si breuiori tempore idem molendinum post combustionem eius seu destructionem inciperet molere uel laborare, tunc eciam pachtus debebit breuius dari nobis ab eodem. Post desolacionem vero ligna ad edificandum apta siue fuerint in alta merica per Johannem empta, siue fuerint ligna natantia, videlicet vlotholt, tenebimur ducere ad reedificationem molendini super locum restaurationi conuenientem. Insuper de tali molendino et de ceteris suis bonis ipse Johannes suique heredes iure et more ciuili dabunt integraliter exactionem. Etiam si in posterum Johannes aut sui heredes huiusmodi molendinum vendere decreuerint, tunc primo illud nobis venale pro pecunia rationabili exhibere debebunt. Quod si pro tunc emere noluerimus, Extunc licite poterunt vendere ipsum vni honesto viro, qui nobis et ciuitati nostre valere videbitur et conuenire, et ille emptor, quicunque fuerit, sepedictum molendinum et pachtum eodem et sub eisdem conditionibus libere possidebit. In testimonium et constanciam prescriptorum, ut nullatenus infringantur, presentia scribi nostroque secreto communiri volebamus. Datum sub anno domini millesimo CCCL octauo, jn die beatorum martirum viti et modesti.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 10.

CIII. Hermann von Werberg, so wie der Comthur und Convent zu Röreke, genehmigen die Altarstiftung Lüdecke's Schildberg zu Königsberg, am 10. August 1358.

Wy Broder Herman von Werberge, des ordens des hilgen Hufes des Hospitals sente johannis Baptisten von Jerusalem ein gemener bieder in Sassen, in der Marck, in Wendland vnd in Pomern, Broder Bartold von Slyszing, Commentur, vnd die gemeine broder to dem Roreken vnd Broder Johan von der Heyde, perner to Konigsberg, bekennen in dessen briefe, dat die wise mann Ludicke Schildberg, ein borger to Konigsberge, heft gestichtet vnd lowede met vnsem willen ein altar in vnser kercken to Konigsberge in die ehre Godes vnd vnser liewen frowen sente Marien vnd der hilgen Apostelen sente Peters vnde sente Paul vnd der hilgen iungfrowen sente Dorothee, vnd durch sonderlichen frundscap, wille vnd gnade, die Ludicke Schiltberg tu vnsen orden hefft, des heft he die Lehnwahre des Altars vnd wat datu horet, gegewen an vnsen orden ewecklicken to verliegende, also, wer ein perner is tu Konigsberge von vnsers ordens wegenne, die scal dat altar verliegen also dicke, alse it ledig wert, enen werlicken prester. Vnd wem die altar verlegen wert, die scal dat sulwen officiren mit siner egenen personen. Weret, dat he dat versumende, dat he vier wekenne were von dem altare vnd des nicht officirte vnd ock eine redelicke noth bewiesende, dar he dat vmme lite, so scal die altar von em ledig vnd losz sin vnd scal die perner vorliegen einen andern werliken priester dartu binnen vier wekennen, wenn et em also ledich wert, die scal dat officieren vnde holden in der selwen wise, alse vorgeschrewen is. Wer ock, dat de perner dat versumede, dat he den altar nichten vorlege binnen